

Non est facile ciuitatem permanere sine legibus et consuetudinibus compositam.

Quanto aliquid est peius tanto maior indiget cautela

Neceesse est in omni ciuitate aliquid vendi vel emi.

Prauos non est secum facere dominos quia ipsi magis indigent custodia alioquin quam alios possunt custodire

Opportet in ciuitate aliquos esse curam deorum et homines ut sacerdotes

Sequitur autem. vii. libri politico et aristotelis.

Quod duplex est bonum scilicet bonum anime bonum corporis: et bonum extrinsecus pueniens. Prudentia nemo dicit esse brutus

Sine his quatuor virtutibus scilicet fortitudine temperantia: iusticia: et omnibus excessibus reus vel nocet vel nihil proficit.

Anima preciosior est corpore et omni possessione

Anime bonum preciosius est omnibus bonis

Teste deo quod in omnibus exterius bonis non est felicitas. quod felix quis est qui nullo exteriorum bonorum vititur

Duplex est felicitas. scilicet politica et contemplatiua inter quas contemplatiua est melior

Bonum anime est optimum et eligibilissimum

Non est possibile pollicia esse optimam sine moderata abundantia:

felicitas est perfectus usus virtutis.

Potentia est in iunioribus. prudentia vero in senioribus

Inter omnia animalia solus homo habet rationem

Neceesse est futurum principem subditum fuisse

Finis generationis ut in pluribus in viris est numerus. lxx. annorum. in mulieribus vero. xl.

Mulieribus puenit coniugari circa annum. xviii. viris autem circa. xxviij.

Iuuenium conuictus prauius est ad generationem filiorum. sicut et senum.

Lactis alimentum maxime est familiare corporibus puerorum

Bonum est pueris esse sine vino

Iuuenes custodiendi sunt ut non dicant nec audiant aliquid turpe.

quia ex dicere et audire aliquid turpius facile eos facere aliquid turpius

Iuuenes maxime ab ebrietate custodiendi sunt // Lpium dicitur.

Omnia amamus magis in principio.

Ars supplet defectum nature.

Sequitur autem oritates. viij. libri politico et aristotelis